UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, & Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Approbatio III.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-59506

Visual Library

APPROBATIO II.

CUm hæc Quarta Pars *Theologiæ Moralis*, *ſuper Decalogum*, & PRÆLIMINARIS *ad Præcepta Secundæ Tabulæ de Juſtitia & Reſtitutione in Communi* conſcripta per M. V. P. PATRITIUM SPORER, Ord. FF. Min. Recoll. Almæ antiquiſſimæ Provinciæ Argent. SS. Theol. Lect. Jubilaū non ſolùm nihil bonis moribus, aut S. Fidei contrarium habeat, ſed doctrinam moralem laborioſo ſtudio collectam, ab animarum verò Curatoribus, vel maximè in praxi quaſi ſine labore applicandam contineat, dummodò vel communiter legere non pigeat, ideo in publicam lucem meritiſſimè prodeat. Ita ſentio ex noſtro Salisburgenſi Conventu 4. Novembris 1686.

F. RODERICUS SCHNABL,
ejusdem Ordinis & Provinciæ in præfato Salisburgenſi Conventu SS. Theologiæ Lector Ordinarius.

APPROBATIO III.

LEgi, & relegi attentè etiam hunc *Tractatum IV. Theologiæ Moralis ſuper Decalogum*, PRÆLIMINAREM *ad Præcepta Secundæ Tabulæ*, *à* M. V. P. PATRITIO SPORER, Ord. FF. Min. Recollect. Almæ noſtræ Provinciæ Argent. Lectore Jubilato ſingulari induſtria, & labore conſcriptum: qui cum Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus maximè conſonus, mira doctrinæ claritate, & ſoliditate ad reliquam obſcuram, & implexam materiam Juſtitiæ, in & *à* limine ingreſſum, & viam adornet facillimam, omninò claram, & ſolidam, digniſſimus eſt, ut omnibus Juſtitiæ amatoribus, & viam mandatorum DEI currentibus publicè monſtretur, & ab eis ſedulò calcetur. Ita cenſeo ex Conventu noſtro Salisburgenſi 4. Nov. 1686.

F. DEMETRIUS WIDMANN,
ejusdem Ordin. & Provinc. in præfato Conventu Salisburg. SS. Theol. Lector Ordinarius.